

www.e-rara.ch

**Ordo administrandi sacramenta Baptismi, Poenitentiae, sacro-sanctae
Eucharistiae et extremae unctionis, celebrandique matrimonium, et
exequias**

Angehrn, Beda

Typis Principalis Monasterii S. Galli, 1790

Stiftsbibliothek St. Gallen

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-129842>

Ordo administrandi sacramentum poenitentiae.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20^e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



ORDO ADMINISTRANDI SACRAMENTUM POENITENTIAE.

PRÆNOTANDA.

Sanctum Pœnitentiæ Sacramentum, ad eos, qui post Baptismum lapsi sunt, in gratiam Dei restituendos, a Christo Domino institutum, eo diligentius administrandum est, quo frequentior est ejus usus, & quo plura requiruntur ad illud recte digneque tractandum ac suscipiendum. Cum autem ad illud constituendum tria concurrant, materia, forma, & minister: Illius quidem remota materia sunt peccata, proxima vero sunt actus pœnitentis, nempe contritio, confessio, satisfactio. Forma autem, illa absolutionis verba: *Ego te absolvo &c.* Minister denique est Sacerdos, habens potestatem absolvendi vel ordinariam, vel delegatam. Sed si periculum mortis immineat, approbatusque desit Confessarius, quilibet Sacerdos potest a quibuscunque censuris & peccatis absolvere. In ejus Ministro requiritur etiam bonitas, scientia, atque prudentia cum sigillo secretæ Confessionis sub exacto perpetuoque silentio. Quibus & aliis ad id opportunis, ut optime sint instructi, omni studio curare debent Confessarii.

Et imprimis meminerit Confessarius, se judicis pariter & medici personam sustinere, ac divinæ justitiæ simul & misericordiæ ministrum a Deo constitutum esse, ut tanquam arbiter inter Deum & homines, honori divino & animarum saluti consulat.

Ut ergo recte judicare queat, discernens inter lepram, & lepram & tanquam peritus medicus animarum morbos prudenter curare, & apta cuique remedia applicare sciat, quantam potest ad id maximam scientiam atque prudentiam, tum assiduis ad Deum precibus, tum ex probatis Auctoribus, præsertim e Catechismo Romano, & prudenti consilio peritorum, studeat sibi comparare.

Sciat



Sciat casus & censuras Sedi Apostolicæ & Ordinario suo reservatas, & suæ cujusque Ecclesiæ constitutiones, easque diligenter observet.

Denique hujus Sacramenti doctrinam omnem recte nosse studebit, & alia ad ejus rectam administrationem necessaria. Atque in hoc ministerio ita procedat :

Sacerdos ad audiendam Confessionem vocatus, promptum, facilemque se præbeat : Ac priusquam ad audiendum accedat, si tempus suppetat, ad hoc ministerium recte, sancteque obeundum, divinum auxilium iis precibus implorabit, ut infra habetur.

In Ecclesia, non autem in privatis ædibus Confessiones audiat, nisi ex causa gravi, juxta Synodi & recessuum Visitationis decreta, quæ cum inciderit, studeat tamen id decenti & patenti loco præstare.

Habeat in Ecclesia sedem confessionalem, in qua sacras confessiones excipiat : quæ sedes patenti, conspicuo & apto Ecclesiæ loco posita, crate perforata & firmata inter pœnitentem & Sacerdotem sit instructa.

Superpelliceo & stola violacei coloris utatur, prout tempus vel locorum fert consuetudo.

Pœnitens, si opus fuerit admoneatur, ut arma, si forte illis accinctus sit, deponat, & qua decet humilitate mentis, & habitus accedat, flexis ambobus genibus, si præ valetudine flectere possit, nudo capite, & junctis manibus, cujuscunque demum status vel dignitatis sit, signo Crucis se muniat.

Mox Confessarius inquiret, de illius statu (nisi aliter notus fuerit) & quam pridem sit confessus, & an impositam pœnitentiam adimpleverit, num rite atque integre alias confessus fuerit, num conscientiam suam, ut debet, prius diligenter discussit.

Quod si pœnitens aliqua censura vel casu reservato sit ligatus, a quo ipse non possit absolvere, non absolvat, nisi prius obtenta facultate a Superiore.

Si vero Confessarius pro personarum qualitate, cognoverit pœnitentem ignorare christianæ fidei rudimenta, si tempus suppetat, cum breviter instruat de articulis Fidei, & aliis ad salutem cognitu necessariis, & ignorantiam ejus corripiat, illumque admoneat, ut ea postmodum diligentius addiscat.

His, prout opus fuerit, præmissis, pœnitens incipiat suam generalem Confessionem Latina, vel vulgari lingua : nempe, *Confiteor*



Et. usque ad illa verba: *Ideo precor: vel saltem utatur his verbis: Confiteor Deo omnipotenti, & tibi Pater: In lingua autem vulgari: Ich armer sündiger Mensch beichte, und bekenne Gott dem allmächtigen, allen lieben Heiligen, und euch Priester an statt Gottes, daß ich gesündigt habe, mit Gedanken, Worten, und Werken* &c. Exinde peccata sua confiteatur, adjuvante, quotiescunque opus fuerit, Sacerdote; Qui confitentem non reprehendet, nisi finita, ut dicetur, Confessione: neque interpellabit, nisi opus fuerit aliquid melius intelligere: proinde fiduciam illi præbeat, & humaniter suggerat, ut omnia peccata sua rite & integre confiteatur, remota stulta illa quorundam verecundia, qua præpediti, suadente diabolo, peccata confiteri non audent.

Si pœnitens numerum, & species, & circumstantias peccatorum explicatu necessarias non exprefferit, eum Sacerdos, prudenter interroget.

Sed caveat, ne curiosis aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat præsertim juniores utriusque sexus, vel alios, de eo, quod ignorant, imprudenter interrogans, ne scandalum patiantur, indeque peccare discant.

Demum, audita confessione, perpendens peccatorum, quæ ille admisit, magnitudinem, pro eorum gravitate, ac pœnitentis conditione, opportunas correptiones ac monitiones, prout opus esse viderit, paternam charitatem adhibebit, & ad dolorem & contritionem efficacibus verbis adducere conabitur, atque ad vitam emendandam ac melius instituendam inducet, remediaque peccatorum tradet.

Postremo salutarem & convenientem Satisfactionem, quantum spiritus prudentia suggererit, injungat, habita ratione status, conditionis, sexus, & ætatis, & item dispositionis pœnitentium. Videatque ne pro peccatis gravibus levissimas pœnitentias imponat; ne, si forte peccatis conniveat, alienorum peccatorum particeps efficiatur. Id vero ante oculos habeat, ut satisfactio non sit tantum ad novæ vitæ remedium, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum castigationem.

Quare curet, quantum fieri potest, ut contrarias peccatis pœnitentias injungat: veluti avaris eleemosinas, libidinosi jejunia vel alias carnis afflictiones, superbis humilitatis officia, desidiosus devotionis studia. Rarius autem vel serius confitentibus, vel in peccata facile recidentibus, utilissimum fuerit consulere, ut sæpe, puta semel in mense, vel certis diebus solemnioribus confiteantur, & si expediat, communicent.



Pœnitentias pecuniarias sibi ipsis Confessarii non applicent, neque a pœnitentibus quidquam tanquam ministerii sui præmium petant vel accipiant.

Pro peccatis occultis, quantumvis gravibus, manifestam pœnitentiam non imponant.

Videat autem Confessarius diligenter, quando, & quibus conferenda, vel neganda, vel differenda sit absolutio; Nec absolvat eos, qui talis beneficii sunt incapaces: quales sunt, qui nulla dant signa doloris, qui odia & inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deferere, aut alio modo peccata non derelinquere, & vitam in melius emendare nolunt; aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publice satisfaciant & scandalum tollant; neque etiam eos absolvat, quorum peccata sunt Superioribus reservata.

Si vero quis confiteatur in periculo mortis constitutus, absolvendus est ab omnibus peccatis & censuris, quantumvis reservatis (cessat enim tum omnis reservatio) sed prius, si potest, cui debet, satisfaciat: ac si periculum evaserit, & aliqua ratione Superiori, a quo alias esset absolvendus, se sistere teneatur; cum primum poterit, coram eo se sistat, quidquid debet præstiturus.

Quod si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox & loquela ægrum deficiat, nutibus & signis conetur, quoad fieri poterit, peccata pœnitentis cognoscere, quibus utcumque vel in genere vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est.

Meminerit porro Sacerdos, ægris non esse injungendam gravem aut laboriosam pœnitentiam, sed indicendam tantum illam, quam, si convaluerint, opportuno tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi, aliqua oratione, aut levi satisfactione imposita, & acceptata, absolvantur, prout opus fuerit. Demum observet Sacerdos, in confessionibus frequentioribus & brevioribus, nec non, quando magnus est concursus pœnitentium, pro discretione omitti posse *Misereatur &c. indulgentiam &c.* sed satis esse dicere: *Dominus noster Jesus Christus &c.* Urgente vero aliqua gravi necessitate in periculo mortis: *Ego te absolvo ab omnibus censuris, & peccatis In nomine Patris &, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.* His igitur prænotatis sequitur.



O R D O
ADMINISTRANDI
SACRAMENTUM POENITENTIAE
tam ægrotis domi, quam fanis in Ecclesia.

*A*ntequam confessionem excipiat Confessarius, duo sunt ei agenda: Primo, cum ad confitendum homines accedunt, ipse cum detestatione suorum peccatorum in templo veste choralis, & stola violacei coloris indutus, excitet in se desiderium, & zelum salutis animarum, per hujusmodi, aut similem orationem vocalem, vel mentalem.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

O R E M U S.

*D*omine Deus propitius esto mihi peccatori, qui me indignum, per tuam magnam misericordiam, ministrum fecisti Sacramenti Poenitentiae, quique omnes homines vis salvos fieri, non mortem volens peccato-
rum



rum, sed ut convertantur, & vivant, suscipe orationem meam, quam fundo ante conspectum tuum, pro peccatis meis, & pro famulis, ac famulabus tuis ad poenitentiam venientibus, ut illis largiri digneris spiritum compunctionis, quo resipiscant a laqueis diaboli, & ad te corde contrito per veram confessionem, & dignos poenitentiae fructus revertantur. Amen.

Postea percusso pectore, corde, & ore dicat:

Deus propitius esto mihi peccatori.

DEINDE POENITENS DEPONAT ARMA, si forte illis accinctus sit, & cujuscunque status, vel dignitatis sit, flexis ambobus genibus, si prae valetudine flectere possit, nudo capite, junctis manibus, facto signo sanctae crucis, dicendo: In nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ✠ sancti. Amen.

Ich bitte um den heiligen Segen, damit ich meine Sünden recht, und vollkommen beichten, und bekennen möge.

Sacerdos benedicat ei his verbis:

Deus sit in corde tuo, & in labiis tuis, ut digne, & competenter confitearis omnia peccata tua; In nomine ✠ Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Tunc poenitens incipiat suam confessionem generalem latine vel germanice, usque ad hac verba: Ideo precor,



cor, &c. Postea enarret sua peccata omnia, quorum memoriam habet, juxta ordinem decem praeceptorum Dei, & quinque Ecclesiae, praesertim vero peccatorum mortalium Superbia, Gula, & Acedie, &c. Quia alia in decem praeceptis continentur. His peractis, subjungat confitens: Ideo precor B. Mariam semper virginem &c.) latine, vel germanice.

Deinde Sacerdos pro dispositione poenitentis consoletur eum spe veniae, vel objurget, & gravitatem peccatorum ostendat; Et inprimis inquirat, an sit paratus relinquere statum illum peccati, in quo reperitur, quicumque ille sit. Nam si nollet illum relinquere, vel si haberet peccatum Superioribus reservatum, extra articulum mortis (pro quo cessat omnis reservatio) sine impetrata ab eodem Superiore licentia, non esset absolvendus. Si autem paratus sit omnia subire, quae ipsi injunguntur a confessorio, & non habeat peccatum Superioribus reservatum, ac petat absolutionem, salutari poenitentia injuncta pro qualitate peccatorum, & personarum, eum absolvat hoc modo.

Forma communis absolvendi quemlibet poenitentem.

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis, perducatur te ad vitam æternam. Amen.

Dein-

Deinde dextera versus pœnitentem elevata, dicit:


Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus, Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, & ego autoritate ipsius, te absolvo, ab omni vinculo Excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum, & tu indiges: *Deinde* Ego te absolvo a peccatis tuis; In nomine ✠ Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Si pœnitens sit laicus, omittitur verbum suspensionis.

Passio Domini nostri Jesu Christi, & merita B. Mariæ virginis, & omnium Sanctorum; quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in remissionem omnium peccatorum tuorum, in augmentum gratiæ, & in præmium vitæ æternæ. Amen.

Vade in pace, & noli amplius peccare.




*FORMA GENERALIS ABSOLVENDI TEM-
pore Jubilei, vel etiam in casibus reservatis Summo Pon-
tifici, aut Ordinario, si detur licentia, &
in articulo mortis.*

Misereatur tui &c.

Indulgentiam, absolutionem &c.



Dominus noster Jesus Christus, qui est summus Pontifex, dignetur te absolvere, & ego autoritate ejusdem, ac Domini nostri Papæ & mei Ordinarii, mihi in hac parte licet indignissimo, concessa, Absolvo te a vinculo Excommunicationis majoris, & minoris, & a censuris ecclesiasticis, quatenus possum, & tu indiges: Deinde Absolvo te a peccatis tuis; In nomine ✝ Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.



RITUS ABSOLVENDI

ab Hæresi & Professionis Fidei, quam emittere debent, qui ab Hæresi, vel Schismate convertuntur.

Sacerdos superpelliceo indutus, & stolla violacei coloris genuflectat una cum Ministris, vel coram altari, vel saltem in Sacristia eorum imagine Crucifixi duos inter accensos cereos posita, & restibus simul cum pœnitente cereum accensum præ manibus habente retro simul genuflectentibus, incipiat hymnum, *Veni Creator*; quem ministri prosequuntur.

H Y M N U S.

Veni Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.
Qui diceris Paraclitus,
Altissimi Donum Dei,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et spiritualis unctio.

Tu

Tu septiformis munere,
 Digitus paternæ dexteræ,
 Tu rite promissum Patris,
 Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus,
 Infunde amorem cordibus,
 Infirma nostri corporis,
 Virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius,
 Pacemque dones protinus,
 Ductore sic te prævio,
 Vitemus omne noxium.

Per te sciamus, da, Patrem,
 Noscamus atque Filium,
 Te utriusque Spiritum,
 Credamus omni tempore.

Deo Patri sit gloria,
 Ejusque soli Filio,
 Cum Spiritu paraclito,
 Et nunc, & per omne sæculum, Amen.

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.

℞. Et renovabis faciem terræ.

OREMUS.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratio-
 ne docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sa-



pere, & de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Tum sedens versa facie ad pœnitentem ante se genuflexum, operito capite ipsum interrogabit his verbis: Seynd ihr noch Willens den Katholisch: Apostolisch: Römischen Glauben zu bekennen, und anzunehmen, und sagt ihr von Gemüth, und Herzen ab allen Irrlehren, die dieser Glaube verdammet?

Respondente pœnitente ad hæc sincere se esse dispositum, super ejus ad bonam Matrem Ecclesiam reditu gratulabitur, talisque conversionis inæstimabilem gratiam, ut par est, extollens, ipsum horrabitur, quatenus fidei integritati morum puritatem jungat, ne, quæ ipsi finem suum amanter aperit Ecclesia, non filium sed inimicum & persecutorem recipiat. His breviter dictis, & expositis pœnitens sequentem fidei professionem emittat, aut eam lægendo, aut saltem ad singula Sacerdotis interrogata respondendo:

Ich M. glaube und bekenne mit steifem Glauben sammentlich und sonderlich, alles was in dem heiligen Glauben, den die heilige römische Kirche braucht, begriffen ist, nämlich: Ich glaube in einen Gott Vater den allmächtigen Erschaffer Himmels und der Erde, aller sichtbaren, und unsichtbaren Ding. Und in einen Herrn Jesum Christum, den eingebohrnen Sohn Gottes, aus dem Vater gebohren, von aller Ewigkeit, Gott von Gott, Licht von Licht, wahrer Gott vom wahren Gott gebohren, nicht erschaffen, mit dem Vater einer Substanz und Wesens, durch den alle Dinge erschaffen seynd, der um unser Menschen, und unsers Heils willen, von dem Himmel herab gestiegen, und ist Fleisch geworden von dem heiligen Geist, aus Maria der Jungfrauen, und ist Mensch geworden. Er ist auch gekreuziget für uns unter Pontio Pilato, hat gelitter und ist begraben worden, und ist auferstanden am dritten Tag nach den

Schrif:

Schriften, und ist aufgestiegen in den Himmel, sitzet zu der Rechten des Vaters, und wird mit Herrlichkeit wiederum kommen zu richten die Lebendigen und die Todten, dessen Reich kein Ende seyn wird. Ich glaube auch in den heiligen Geist, Herren und Lebendigmacher, der von dem Vater und Sohn ausgehet, der mit dem Vater und dem Sohn zumal angebethet, und gleich herrlich gemacht wird, der geredt hat durch die Propheten. Ich glaube an eine heilige katholische allgemeine und apostolische Kirche: Ich bekenne einen Tauf zu Verzeihung der Sünden, und erwarte eine Auferstehung der Todten, und ein Leben der künftigen Zeit, Amen.

Ich lasse auch festiglich zu, und nehme an die apostolische und kirchliche Satzungen, und andere dieser Kirchen: Ordnungen, und Gebräuche.

Ich lasse die Schrift zu nach dem Sinn und Verstand, den die heilige Mutter die Kirche gehalten hat, und haltet, welcher es zugehört zu urtheilen von dem wahren Verstand, und Auslegung der heiligen Schriften, ich will sie auch niemals anders, als nach dem einhelligen Verstand der Väter annehmen und auslegen.

Ich bekenne auch, daß wahrhaftig und eigentlich sieben Sakramente des neuen Gesetzes seyn, von Jesu Christo unserm Herrn eingesetzt, und zum Heil des menschlichen Geschlechtes (ob wohl nicht alle, allen Menschen nothwendig) nämlich der Tauf, die Firmung, das Sakrament des Altars, die Buß, die letzte Delung, die Priesterweihe, und die Ehe, und dieselben geben Gnade, und aus diesen könnte der Tauf, die Firmung und Priesterweihe ohne Gotteslästerung nicht wiederholet werden.

Ich nehme auch an und lasse zu die angenommene, und bewährte der katholischen Kirchen Gebräuche, in aller obgesagter Sakramenten Ausspendung.



Ich halte und nehme auch an alle und jede Stuck, so von der Erbsünd und Gerechtfertigmachung in dem heiligen tridentinischen Kirchenrath beschloffen und erklärt seynd.

Ich bekenne ebenmäßig, daß in der Meß Gott aufgeopfert werde, ein wahres, eigentliches und versöhnliches Opfer für lebendige und abgestorbene, und daß in dem heiligsten Sakrament des Altars wahrhaftig und wesentlich sey der Leib und Blut mit samt der Seel und Gottheit unsers Herrn Jesu Christi, und daß eine Veränderung geschehe der ganzen Substanz oder Wesenheit des Brods in den Leib, und der ganzen Substanz des Weins in das Blut. Welche Verwandlung die katholische Kirch, eine Verwandlung einer Wesenheit in die andere nennet.

Ich bekenne auch, daß unter einer Gestalt allein, der ganze unzertheilte Christus, und ein wahres Sakrament genommen werde.

Ich halte festiglich, es sey ein Fegfeur, und den Seelen, so darinnen enthalten, werde durch der Glaubigen Gebeth geholfen, zugleich auch seyn die Heiligen, so mit Christo herrschen, zu verehren und anzurufen, und daß sie Gott das Gebeth für uns opfern, und daß ihre Heylthum zu verehren seyn.

Ich halte beständiglich, daß die Bildnissen Christi, und Maria der Jungfrauen, wie auch anderer Heiligen zu haben, und zu halten seyn, und daß man ihnen gebührliche Ehr und Reuerenz erzeigen soll.

Ich bestätte auch, daß der Gewalt der Ablass, von Christo in der Kirchen gelassen worden, und derer Gebrauch dem christlichen Volk höchst heilsam sey.

Ich erkenne die heilige allgemeine katholische und apostolische römische Kirch für eine Mutter und Meisterinn aller Kirchen, und verheiß und schwöre dem römischen Pabst, des heiligen Petri der Apo-

Apostel Fürstens Nachkommen, und Jesu Christi Statthaltern wahre Gehorsame.

Item alle andere Stuck, so von den heiligen Kirchengesetzen und allgemeinen Kirchenversammlungen, und fürnemlich von dem heiligen tridentinischen Kirchenrath verordnet, beschlossen, und erkläret seynd, nehme ich ohne Zweifel an, und bekenne sie, herentgegen alle widrige Stuck und Ketzereyen, welche von der Kirchen verdammt, verworfen, und verflucht seynd, die verdamme, verwerfe, und verfluche ich gleichfals. Diesen wahren katholischen Glauben, ausser dem kein Mensch selig werden kann, welchen ich ikt für mich selbst ungezwungen bekenne, und wahrhaftiglich halte, diesen will ich (vermittelst göttlicher Hilf) ganz unverlest, beständiglich halten und bekennen, bis auf den letzten Athem meines Lebens, auch allen möglichen Fleiß anwenden, damit er von meinen Unterthanen, oder von denen, welcher Sorg mir in meinem Amt zugehören wird, gehalten, gelehrt, und geprediget werde. * Das gelobe, verheisse, und schwöre Ich N. so wahr mir Gott helfe, und diese heilige Gottes Evangelia.

* Hic, qui fidei professionem facit, ponet dexteram manum nudam super S. Evangelio.

Tum Sacerdos genibus flexis inchoat psalmum *Miserere*, quem alternatim cum adstantibus prosequitur:

Psalmus 50.

Miserere mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam:

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * & a peccato meo munda me.

Quo-



Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci : * ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : * incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor : * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiā : * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis : * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * & Spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne proiicias me a facie tua : * & Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiā salutaris tui : * & Spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : * & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : * & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine, labia mea aperies : * & os meum annuntiabit laudem tuam.



Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum, & humiliatum Deus non despicias.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria &c.

Deinde surgit, & dicit:

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster, *secreto usque ad*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. Salvum fac servum tuum (*vel ancillam tuam*)
si plures sint * servos tuos, (*vel ancillas tuas.*)

℞. Deus meus * sperantem in te (*vel sperantes in te,*)

℣. Esto * ei (*vel eis*) Domine, turris fortitudinis.

℞. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in * eo (*vel ea (vel eis.)*)

℞. Et Filius iniquitatis non apponat nocere * ei (*vel eis.*)

℣. Domine exaudi orationem meam,

℞. Et clamor meus ad te veniat.



V. Dominus vobiscum,

R. Et cum Spiritu tuo.

O R E M U S.

Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram, ut * hunc famulum, quem (vel hanc famulam tuam quam) (vel hos famulos tuos, quos (vel has famulas tuas, quas) excommunicationis sententia constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat; Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Finita hac oratione dicetur Confiteor, quo dicto Sacerdos dicit Misereatur, & Indulgentiam &c. sedens, aperto capite, postquam pœnitentem monuerit absolutionem, quam dare paratus est, non extendere se ad peccata; sed solum ad excommunicationem, qua extra Ecclesiam ejectus erat, & separatus propter hæresim aut schisma, dextra super eum extensa dicet:

Ego autoritate Dei omnipotentis, & Beatorum Apostolorum ejus Petri & Pauli, ac Ecclesiæ suæ sanctæ, mihi abs Sanctissimo Domino nostro N. Summo Pontifice (vel Reverendissimo D. Nuntio Apostolico N.) (vel Reverendissimo Ordinario meo N.) concessa te absolvo a vinculo excommunicationis, qua propter hæresim N. * ligatus (vel ligata eras. Reduco te
in

in gremium sanctæ matris Ecclesiæ, & ad consortium
& Communionem totius Christianitatis, a quibus fue-
ras per excommunicationis sententiam * eliminatus (*vel*
eliminatus) & restituo te participationi ecclesiasticorum
Sacramentorum. In nomine Patris ✠, & Filii ✠, &
Spiritus ✠, sancti. Amen.

(*Si plures sint, hac absolutionis formula proferatur
in numero plurali.*)

*Data absolutione, inchoat Sacerdos Hymnum Te De-
um: quem astantes ministri prosequuntur, quo finito dicit:*

℣. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat
nos Deus.

℞. Et metuant eum omnes fines terræ.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tu-
is in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis glo-
riam agnoscere, & in potentia majestatis adorare uni-
tatem: quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate ab om-
nibus semper muniamur adversis: Per Christum Do-
minum nostrum. ℞. Amen.

*Postea Sacerdos actum abjurætionis acceptum rese-
ret in abjurætionum registrum, vel si desit in librum
Baptismalem.*